

## SECRETARIA STATUS

## I.

AD R. P. D. IOSEPHUM BONNEFOY, ARCHIEPISCOPUM AQUENSEM, IN GALLIAE MERIDIONALIS NUPERRIMA CLADE.

Monseigneur,

Le Saint-Père a été profondément peiné à la nouvelle de la catastrophe, qui vient de frapper le midi de la France, en jetant le deuil et la désolation dans plusieurs départements de toute cette région. Aussi l'auguste Pontife a-t-il pris une part très vive au désastre, qui afflige nombre de Pasteurs avec leurs peuples, et s'est empressé de prier Dieu pour les pauvres victimes, qui ont succombé, et pour celles, qui survivent dans la douleur. Sa Sainteté me charge enfin de vous faire part, que dans le cas où Elle pourrait vous faire chose agréable en ces tristes circonstances, votre Grandeur n'aurait qu'à l'exprimer en toute liberté. J'unis mes sentiments de profonde et cordiale sympathie, et je vous prie, Monseigneur, d'agréer mes sentiments très dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 16 Juin 1909.

L. ✠ S.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

## II.

AD PROSPERUM KELLER, PRAESIDEM CONSOCIATIONIS " SOCIÉTÉ GÉNÉRALE D'ÉDUCATION ET D'ENSEIGNEMENT ", IN GALLIA.

Monsieur le Président,

Le Saint-Père vous remercie de la noble lettre que vous Lui avez adressée, avec le compte-rendu de l'assemblée annuelle de la Société générale d'éducation et d'enseignement. Sa Sainteté, qui déjà s'était grandement réjoui en vous voyant appelé à succéder à votre illustre père dans la présidence de cette Société si méritante, n'a pu lire sans une profonde satisfaction le remarquable discours que vous avez prononcé en cette solennelle circonstance. Vos paroles en effet répondent complètement aux pensées et aux désirs du Souverain Pontife, qui est heureux de leur donner sa pleine et entière approbation. Rien ne Lui paraît plus opportun et plus

pratique que d'appeler tous les gens de bien à s'unir sur le terrain nettement catholique et religieux, conformément aux directions pontificales.

Ce programme d'action si clair et si fécond, que déjà votre vénéré Archevêque a encouragé en termes si éloquents et si autorisés, le Saint-Père souhaite qu'il soit adopté par tous les bons Français. C'est dans cette espérance, que Sa Sainteté vous accorde de tout cœur, monsieur le Président, ainsi qu'à tous les membres de la Société générale d'éducation et d'enseignement, sa plus affectueuse bénédiction.

Je profite bien volontiers de cette occasion pour vous exprimer, monsieur le Président, mes sentiments très dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 19 Juin 1909.

L. ✠ S.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

## COMMISSIO DE RE BIBLICA

DE CHARACTERE HISTORICO TRIUM PRIORUM CAPITUM GENESEOS.

I. Utrum varia systemata exegetica, quae ad excludendum sensum litteralem historicum trium priorum capitum libri Geneseos excogitata et scientiae fucio propugnata sunt, solido fundamento fulciantur?

Resp. *Negative*.

II. Utrum non obstantibus indole et forma historica libri Geneseos, peculiari trium priorum capitum inter se et cum sequentibus capitibus nexu, multiplici testimonio Scripturarum tum veteris tum novi Testamenti, unanimi fere sanctorum Patrum sententia ac traditionali sensu, quem, ab israëlitico etiam populo transmissum, semper tenuit Ecclesia, doceri possit, praedicta tria capita Geneseos continere non rerum vere gestarum narrationes, quae scilicet obiectivae realitati et historicae veritati respondeant; sed vel fabulosa ex veterum populorum mythologiis et cosmogoniis deprompta et ab auctore sacro, expurgato quovis polytheismi errore, doctrinae monotheisticae accommodata; vel allegorias et symbola, fundamento obiectivae realitatis destituta, sub historiae specie ad religiosas et philosophicas veritates inculcandas proposita; vel tandem legendas ex parte historicas

et ex parte fictitias ad animorum instructionem et aedificationem libere compositas?

Resp. *Negative* ad utramque partem.

III. Utrum speciatim sensus litteralis historicus vocari in dubium possit, ubi agitur de factis in eisdem capitibus enarratis, quae christianae religionis fundamenta attingunt: uti sunt, inter caetera, rerum universarum creatio a Deo facta in initio temporis; peculiaris creatio hominis; formatio primae mulieris ex primo homine; generis humani unitas; originalis protoparentum felicitas in statu iustitiae, integritatis et immortalitatis; praeceptum a Deo homini datum ad eius obedientiam probandam; divini praecepti, diabolo sub serpentis specie suasore, transgressio; protoparentum deiectio ab illo primaevo innocentiae statu; nec non Reparatoris futuri promissio?

Resp. *Negative*.

IV. Utrum in interpretandis illis horum capitum locis, quos Patres et Doctores diverso modo intellexerunt, quin certi quippiam definitique tradiderint, liceat, salvo Ecclesiae iudicio servataque fidei analogia, eam quam quisque prudenter probaverit, sequi tuerique sententiam?

Resp. *Affirmative*.

V. Utrum omnia et singula, verba videlicet et phrases, quae in praedictis capitibus occurrunt, semper et necessario accipienda sint sensu proprio, ita ut ab eo discedere numquam liceat, etiam cum locutiones ipsae manifesto appareant improprie, seu metaphorice vel anthropomorphice, usurpatae, et sensum proprium vel ratio tenere prohibeat vel necessitas cogat dimittere?

Resp. *Negative*.

VI. Utrum, praesupposito litterali et historico sensu, nonnullorum locorum eorumdem capitum interpretatio allegorica et prophetica, praefulgente sanctorum Patrum et Ecclesiae ipsius exemplo, adhiberi sapienter et utiliter possit?

Resp. *Affirmative*.

VII. Utrum, cum in conscribendo primo Genescos capite non fuerit sacri auctoris mens intimam adspectabilium rerum constitutionem ordinemque creationis completum scientifico more docere; sed potius suae genti tradere notitiam popularem, prout communis sermo per ea ferebat tempora, sensibus et captui hominum accommodatam, sit in horum interpretatione adamussim semperque investiganda scientifici sermonis proprietates?

Resp. *Negative*.

VIII. Utrum in illa sex dierum denominatione atque distinctione, de

quibus in Genescos capite primo, sumi possit vox *Yôm* (dies), sive sensu proprio pro die naturali, sive sensu improprio pro quodam temporis spatio, deque huiusmodi quaestione libere inter exegetas disceptare liceat?

Resp. *Affirmative*.

Die autem 30 Iunii anni 1909, in audientia ambobus Rm̄is Consultoribus ab actis benigne concessa, Sanctissimus praedicta responsa rata habuit ac publici iuris fieri mandavit.

Romae, die 30 Iunii 1909.

Fulcranus Vigouroux, P. S. S.

L. ✠ S.

Laurentius Janssens, O. S. B.

## DIARIUM ROMANAE CURIAE

### S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

#### NOMINE

Il S. Padre, con decreto concistoriale da spedirsi per Bolla, si è degnato di promuovere:

27 *Giugno* 1909. — Mons. Giovanni Fiorentini, parroco in diocesi di Modigliana, alla sede cattedrale di *Tricarico*.

30 *Giugno*. — Mons. Giorgio Guglielmo Mundelein, Cancelliere della Curia di Brooklyn, alla chiesa titolare vescovile di *Lorima*, e ad Ausiliare del Vescovo di Brooklyn;

— Mons. Edmondo Michele Dunne, Cancelliere della Curia di Chicago, alla sede cattedrale di *Peoria*;

— Mons. Adolfo Turchi, Vicario generale dell'archidiocesi di Ancona, alla sede cattedrale di *Caiazzo*;

— Il Rev. D. Saturnino Peri, canonico della metropolitana di Cagliari, alla sede cattedrale di *Cotrone*;

— Il Rev. D. Salvatore Scanu, parroco nella diocesi di Bisarchio, alle sedi cattedrali unite di *S. Marco e Bisignano*.

3 *Luglio* 1909. — Mons. Giovanni Fedele Battaglia, già Vescovo di Coira, alle chiesa titolare arcivescovile di *Cizico*.

12 *Luglio*. — Il Rev. D. Luigi Fantozzi, della congregazione del prezioso Sangue, alla sede cattedrale di *Veroli*;

— Il Rev. D. Giustino Sanchini, arciprete parroco della Cattedrale di Rimini, alla sede cattedrale di *Città di Castello*.